

Claude Lacroix. Theologia Moralis I [illisible] Concupiscentia. [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Cote**b039_f0510**

Source**Boite_039** | [Freud. Sexualité. Folie. \(Cours de Vincennes\)](#).

Langue**Français**

Type**FicheLecture**

Références bibliographiques[Lacroix, Theologia moralis](#)

Référentiel BNF<https://data.bnf.fr/ark:/12148/cb30710757p>

Relation**Numérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730**

Références éditoriales

Éditeur**équipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).**

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 02/10/2019 Dernière modification le 23/04/2021

Données de data.bnf.fr

AUTEUR : Busenbaum, Hermann (1600-09-19 -- 1600-09-19)

TITRE Theologia moralis, antehac ex probatis auctoribus breviter concinnata a R. P. Herm. Busenbaum, nunc pluribus partibus aucta a R. P. Claudio La Croix,... Editio altera... - Index locupletissimus resolutionum omnium quae continentur tam in "Medulla" R. P. Hermanni Busenbaum,... quam in omnibus ad illam a... P. Claudio La Croix,... factis additamentis secundum ordinem alphabeti digestus a R. P. Leonardo Colendall,...

LIEU DE PUBLICATION Coloniae Agrippinae

DATE 1716/1720

EDITEUR Coloniae Agrippinae : apud S. Noethen , 1716-1720

De Peccatis.

705

natura est apta generationi, vix sentiunt ullos simulos, usque dum infeliciter de his audiant aliquid vel casu experiantur.

Obij. 1. Quod est contra rectam rationem, est peccatum, sed concupiscentia est contra rectam rationem, ergo. *g. n. min.*, nam tantum est radix actuum, qui sunt contra rectam rationem; unde sicuti homo incitans, aut habitus inclinans ad peccatum, non ideo sunt peccatum, ita nec concupiscentia.

Infl. S. Aug. contra Julian. l. 5. c. 3. ait. *Concupiscentia carnis, adversus quam concupiscit bonus spiritus, & peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominationem mentis, & pena peccati.* *g. 2.* Intelligit esse radicaliter peccatum, propter actus, quos causat, & sunt peccatum, si voluntas consentiat.

Obij. 2. Concupiscentia est formaliter mala, quia contradicit rectitudini naturæ rationalis, ergo est peccatum. *g. 2.* Formaliter contradicit illi rectitudini *n.*, radicaliter *c.*, sed non ideo est formaliter peccatum, sed tantum causa peccati, secundum dicta *n. 72.*

Infl. 1. Concupiscentia est materia pudoris, uti habet *S. Aug.* De nupt. & concupis. l. 2. c. 5. ergo est formaliter mala. *g. 2.* Concupiscentia sumpta pro potentia, est materia pudoris, *n.*, sumpta pro actu, *c.*, sic pudet nos peccati, non potentie peccandi.

Infl. 2. Malum est, quod expugnatur, uti habet *S. Aug.* contra Julian. l. 3. c. 3., sed homo debet expugnare concupiscentiam per continentiam, ergo. *g. 2.* Homo debet expugnare actus inordinatos concupiscentie, non autem potentiam concupiscendi: & eodem sensu ratio expugnat voluntatem, faciendo ne consentiat in actus malos.

Infl. 3. Concupiscentia ob nullum finem bonum expeti potest, ergo est culpa, si enim esset tantum pena, omnis pena potest ob bonum finem expeti. *g. 2.* Concupiscentia expeti potest ad pugnam, victoriam & majus meritum. Sed etiam fallum est omnem penam posse expeti, nam ignorantia eorum, quæ ad salutem sunt necessaria, est pena, nec tamen potest expeti: & idem est de damnatione æterna.

Infl. 4. Conscientia & concupiscentia pugnant inter se, sed duo bona inter se non pugnant, uti habet *S. Aug.* l. 4. contra Julian. c. 13., & l. 5. c. 7. ait. *Nulla pugna est sine malo, sed quando pugnatur, aut bonum pugnat & malum, aut malum & malum, aut si duo bona pugnant, ipsa pugna est magnum malum, sed conscientia est bona, & pugna conscientie contra concupiscentiam non est mala, ergo concupiscentia est mala.* *g. n. min.*, nam bonum virginitatis & conjugii, bonum pauperatis & proprietatis pugnant; similiter pugnant potentia amandi & potentia odiendi Deum; & tamen nihil horum est malum: si vis. distingue, pugna inter duo bona est mala, pugna actualis contra præscriptum potentie, cui debet obedire, *c.* pugna radicalis seu potentia pugandi, data cum subordinatione, ut inferior potentia obediat superiori, *n.*

Infl. 5. Omnis potentia ideo est bona, quia habet saltem aliquos actus bonos, sed concupiscentia nullos habet actus bonos, quia *S. Aug.* supra l. 4. c. 2. docet concupiscentiam in Sanctis nullos actus bonos exercere, ergo. *g. 1. n. maj.*, quia per hoc potentia est bona, quod possit habere actus bonos; sic voluntas demonum in se bona est, licet nullos actus bonos habeat: sicuti autem voluntas demonum potuit habere actus bonos in statu viæ, ita concupiscentia saltem in statu puræ naturæ. *g. 2. n. min.*, nam concupiscentia inclinatur ad delectabile, honestum, vel inhonestum; si enim obediat rationi, inclinatur ad delectabile honestum, si non obediat, ad inhonestum, quamvis ex natura sua magis inclinatur ad inhonestum, quia delectabile plus habet de inhonesto.

R. P. La Croix. Theol. Moral. Tom. I.

Obij. 3. Quod est prohibitum & tamen datur, est peccatum, sed concupiscentia prohibetur & tamen datur, ergo *Prohibitum*, est prohibita, quia causa mali eadem lege prohibetur, quæ malum ipsum. *g. 1.* Si argumentum valet, ergo voluntas est peccatum & prohibita, quia est causa peccati, quod est prohibitum. *g. 2.* Motus concupiscentie sunt prohibiti, ita ut non liceat in eos consentire, *c.*, ita ut non liceat eos pati, *n.*, ergo pariter causa eorum est prohibita, ita ut non liceat eam ordinare ad illos motus, *c.*, ita ut non liceat eam causam pati vel habere, *n.*

Obij. 4. Christus assumpsit omnes humanæ naturæ miseria, sed absque peccato. *ad Hebr. 4.* atqui concupiscentiam non assumpsit, ergo hæc non est miseria naturæ sed peccatum. *g.* Christus duas miseria non assumpsit, nempe ignorantiam & concupiscentiam, uti notat *S. Aug.* supra l. 5. c. 9., cujus rationem dat *S. Th.* 3. p. q. 15. a. 2. & 3., tum quia istæ duæ miseria non proderant ad finem ejus, qui erat redemptio humana, tum quia oportebat Christum esse plenum veritate & sanctitate, quibus duobus donis repugnabant ignorantia & concupiscentia. Similiter, quando dicitur voluisse per omnia tentari, intellige accommodè per omnia illa, quæ non dedebant personam Redemptoris.

S. 8. Nequidem actus, quos causat concupiscentia, sunt peccatum, nisi voluntas consentiat. Est contra plurimos hæreticos, quibus faveat *Sanctius* T. 2. l. 2. c. 14., hinc in indice hujus loci ponitur, *Concupiscentia motus indeliberati sunt peccata; & loco cit. dicitur, desideria peccatorum non tantum deliberata, sed etiam talia, quæ rationem anteverunt, sunt mala, turpia, illicita &c.* Alii apud *Tann.* de pecc. d. 4. q. 8. dub. 3. dicunt tunc saltem esse peccata, quando ab imaginatione causantur: sed contra illos omnes est *Trid.* relatum *n. 73.* Item damnatio harum propositionum *Baji.* 50. *Prava desideria, quibus ratio non consentit, & quæ homo invitus patitur, sunt prohibita præcepto, non concupiscit.* 51. *Concupiscentia sive lex membrorum, & prava ejus desideria, quæ inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia.* 75. *Motus pravi concupiscentie sunt pro statu hominis vitiosi, prohibiti præcepto, non concupiscit, unde homo consentiens & non consentiens transgreditur præceptum, non concupiscit, quamvis transgressio in peccatum non depeccetur.* Idem constat ex damnatione prop. 7. ab *Alexand. VIII.* *Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio vel mundi; si Dei, Charitas Patris est; si mundi, concupiscentia carnis, hoc est, mala est.* Idem docet *S. Aug.* contra Julian. l. 6. c. 5. *Parvus est concupiscentia, parvus peccatum, sed concupiscentia non parva, nisi conceperit, non concipit, nisi intellexerit, hoc est, ad malum perpetrandum obtemperat voluntatis consensum.* Et de civit. l. 1. c. 25. *Quanto magis concupiscentialis inobedientia absque culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis?* Idem repetit *Epist. 100.* Et *S. Bern.* De intern. domo. c. 8. *Non nocet sensus, ubi non est consensus.* Similiter *S. Greg. Homil. 18.* in *Evangel.* dicit per tria deveniri ad peccatum, suggestionem, delectationem, consensum. Ratio data est à *n. 62.*, quia sola voluntate peccatur, nec voluntas habet despoticum imperium in omnes potentias, nam impedire nequit actus phantasie, quam etiam demon movere potest, nec semper actus intellectus, quia saltem primæ cogitationes non sunt in potestate nostrâ; ad imaginationes autem & cognitiones sequuntur necessitate naturali appetitiones sensitivæ, & consequenter commotiones aliique effectus, etiam renitente voluntate, uti docet *Apostolus* *g. 69.* relatus, & experientia probat, ergo talia non possunt esse peccata.

Obij. 2. Cujus causa est voluntaria, hoc est 75. volunt.

BNF MSS

